

depopulati sunt.

Martianus cum Valentiniano Placidia filio annos VII. Angli terram quam nunc Dani possident relinquentes cum rege suo Anglingo invitante et conducente eos rege Vertigero contra Scotos et Pictos Britanniam petunt.

Marhary.  
Valentinian.  
Anglingus.  
Vertigero.

Calcedonense concilium, sub Leone papa collocaione DC XXX patrum agitur.

Chalcedonense  
Concilium.

Mortuo Bletla, Attila eius frater omnem penè Galliam devastavit, quo usque deo annuente per Egidium patritium, et Thurismodum Remensis civitatis principem Gothicum fugatus est.

Vastatio  
Gallia.

Egidius.  
Thurismodus.

Eo tempore Ermanricus super omnes Gothos regnavit, astutus in dolo, largior in dono, qui post mortem Friderici unici filij sui, sua perpetrata voluntate patruales suos Embricam et Fritlam patibulo suspendit.

Ermanricus.

Theodoricum similiter patru-  
elem suum instigulante Odoacro patruale suo de Verona pulsum apud Attilam exulare coegit.

Embrica.  
Fritla.  
Theodoricus.  
Odoacrus.

Aëtius patricius magna occidentalis reipub: salus, et regi Attila etiam terror, a Valentiniano Iunioris occiditur. Cum quo Hesperum cecidit regnum, neque haecenus valuit releuari.

Aëtius.

Leo maior annis XVII.

Egyptius errore Dioscori latrat.

Leo minor annum I.

Roma  
capta.

Tenon annos XVII. Odoacar rex Gothorum Romam obtinuit.

Odoacrus.

Anastasius annos XXVII. Fulgentius episcopus praedicatur. Ermanrici regis Gothorum a fratribus Hemido et Serila et Adaccaro quorum patrem interfecerat amputatis manibus et pedibus turpiter uti dignus erat occisio.

Fulgentius.  
Hemidus.  
Serila.  
Adaccarus.

Amulung Theoderic dicitur, proavis suis Amul uocabatur, qui Gothorum potissimus censebatur. Et iste fuit Theoderic de Berne, de quo cantabant rustici olim. Theodericus Attilae regis auxilio in regnum Gothorum

Theoderic de  
Bern.

Amulung.

XB XB

Anglorum  
pro rege  
Britannia.